

# Commission

Du Roy Alphonse d'aragon en faveur  
de Jean Cases pour faire battre en la monnoye  
de Serpignan par les officiers d'icelle de la  
petite monnoye meslée d'argent pour  
une certaine somme.

Du 5.<sup>e</sup> 8.<sup>e</sup> bre 1488.

NOB Alphonsus dei gratia Rex —  
Aragonum, Siciliæ, citra et ultra, sarum, valenciæ,  
ungariæ, Jerusalem, Majoricarum, Sardinie  
et Coricæ Comes, Barchinonæ, Duce athenarum  
et Neopatriæ ac etiam Comes Rossilionis et  
Ceritanie, remiscimus Superioribus annis  
pro utilitate et beneficio Reipublice ville  
nostre Serpiniari in Comitatu Rossilionis  
principatus Cataloniæ, positæ concessisse  
Licentiam et facultatem plenariam consuli-  
bus ville jam dictæ et de eorum voluntate

Et consensu absque tamen derogatione privilegiorum dictae villae iudultorum quod possent eundere seu eudi facere in secca Regali dictae villae denarios minores et obolos illius legis liquae ponderis et formae cuius erant et sunt illi qui eudebantur in secca civitatis valenciae videlicet legis duorum denariorum de argento fino et ponderis vel formae vigenti quatuor solidorum pro quolibet marchae denariorum usque ad quantitatem subscriptam prout in privilegio et Litteris inde factis latius apparebat vigore cuius quidem Concessionis et Licentiae dicti consules eudi fecerunt septem milles marchae denariorum et obolorum prout illis licitum erat atque concessum et non ultra; nunc autem considerantes quod dicta licentia suum effectum sortita fuit et nihilominus ut veridico informamur testimonio univertitatis villae praedictae propter defectum et carentiam obolorum praedictorum plurimum patitur detrimentum et nedum tota ipsius Respublica sed potissimum christi pauperes et bacini-

quibus per populum solent istae minutae pecuniae  
 pro elemosinis et aliis piis et caritatis operibus  
 erogari. nos tam pro beneficio Reipublicae  
 ante dictae quam pro utilitate nostrae curiae  
 resultanti, ad supplicationem per humilem pro  
 parte vestri fidelis nostri Joannis Cases  
 mercatoris ac locum tenentis magistri Seccae  
 villae saepe dictae de certa nostra scientia expressa  
 et matura nostri consilii deliberatione praecunte  
 tenore presentis Licentiam et facultatem plenissi-  
 mam damus et concedimus vobis eidem Joanni  
 Cases quod vos cum ministris et officialibus  
 dictae Seccae vigore presentium confestim  
 et absque exequutoria serenissimae Reginae  
 Consortis carissimae et nostrae locum tenentis  
 generalis possitis et valeatis operari et eudere  
 seu eudi facere et liberare in dicta Secca cum  
 dictis officialibus marchos argenti fini mille  
 de obolis praedictis sub et de illa lege libra ponde-  
 re et valore signo et forma hac tenus consuetis  
 videlicet de lege duorum denariorum argenti  
 fini et ponderis vel talliae viginti quatuor

solidorum pro marchis dictæ villæ. hanc itaque  
Licentiam et concessionem, damus et concedimus  
nos dictus Rex vobis dicto Joanni cases et  
vestris quibus volueritis usque ad dictos  
mille marchos argenti fini et non ultra cum  
omnibus et singulis juribus prerogativis  
lucris obventionibus favoribus et præminent  
iis et absque solutione seu responsione  
alicujus directus juris lucri seu rationis nobis  
et nostræ curiæ debiti pertinentis vel debendi  
sed prout melius largius et utilius dici potest  
scribi seu intelligi ad vestram seu vestrorum  
utilitatem commodum avantagium et bonum  
etiam intellectum ita quod deductis expensis et  
laboribus ministrorum et officialium dictæ  
seccæ quos vos Solvere teneamini durante  
cudimento dictorum mille marchorum totum  
illud lucrum obventiones et utilitates inde  
proventuræ vobis et vestris utilitatibus  
applicentur nos enim fatemur et recognoscimus  
de dicta certa scientia quod vos dictus Joannes  
Cases dedistis et Seudari et tradi vobis fecistis

pro toto universali lucro ex et de predictis mille  
 marchis argenti per vos et supra eundem et  
 seu eudi faciendis nobis et nostre curie pertinenti  
 seu pertinere debenti, florenos auri centum  
 de aragonia recti ponderis quos a vobis habui  
 mus et recepimus in pecunia numerata recipie  
 nte illos pro nobis et nomine curie nostre  
 fideli de Thesauraria nostra Joanne Cerda  
 administrante pro nunc pecunias Thesaurarie  
 predictae, et ideo renunciantes. Scienter enim  
 exceptioni dictorum centum florenorum a vobis  
 dicto Joanne Cases per modum predictum  
 non habitorum et non receptorum et debi mali  
 promittimus et pollicemur in nostra bona fide  
 Regia quod trademus et tradi faciemus et  
 mandabimus vobis eidem Joanni vel cui  
 seu quibus volueritis pro parte vestra  
 possessionem et facultatem plenam modam  
 eundem jam dictos marchas argenti mille  
 in moneta obolorum predictorum et conserva  
 bimus, servabimus et manutenebimus vos et  
 vestros in eadem contra cunctas personas.

dumque dictos marchos perfecte integre cuderit  
tis seu cudi feceritis ut præfertur. dantes  
concedentes et remittentes intuitu servitorum  
per vos nostræ serenitati præstitorum et  
alias de speciali gratia vobis eidem joanni cases  
et vestris quibus volueritis totum avancium  
lucrum et utilitatem ex et de dictis mille  
marchis argenti per venturam et per ventura,  
itaque quidquid. Lucri avancii et utilitatis  
jude provenit vestris et vestrorum commodis  
et utilitatibus applicetur, facturi de eo et eis  
Tanquam de re propria vestras omnimodas  
voluntates nec nos aut magistri rationales,  
vel Thesaurarius aut procurator Regius  
aut magister Seccæ prædictæ vel alii qui  
cumque officiales commissarii vel perso  
næ quoris nomine vel autoritate fungentes  
non possimus aut possint vlllo unquam  
tempore de prædictis mille marchis argenti  
cudendis ut supra vel de juribus indebitis  
seu proventis a vobis dicto joanne cases  
vel vestris heredibus quibus cumque

computu vel rationem aliquam quaereret  
 seu habere nec possitis aut possint ad eam  
 exhibendam compelli in iudicio vel extra  
 quomodolibet seu astringi; quinimo sitis  
 et sint semper in personis et bonis ab omni  
 quaestione et compulsione immunes et  
 perpetur absoluti quoniam nos totum  
 id et quantumcunque fuerit ultra dictos  
 centum florenos quos a vobis recipimus in  
 satisfactionem dicti Lucri et iurium curiae nostrae  
 spectantium ea supra vobis damus ut praedicitur  
 donatione pura propria et irrevocabili qua  
 dicitur inter vivos non obstantibus quibusvis  
 pragmaticis constitutionibus capitulis memo-  
 rialibus et rescriptis facientibus quomodolibet  
 in adversum super quibus si et in quantum  
 privilegiis et libertatibus super his concessis  
 dictae villae Perpiniანი et eius seccae per  
 gloriosae memoriae praedecessores nostros  
 Reges aragonum serenissimos obviare non  
 videantur seu aliquatenus contrarie de  
 dicta certa scientia et ex potestatis nostrae

Regiæ plenitudine Legibus non astricta,  
harum serie dispensamus. serenissime  
Reginæ Consorti carissime, et Locum tenenti  
nostri generalis in principatu Cataloniae  
intentionis nostræ huiusce modi conceptum  
declarantes nec non regenti officium  
generalis gubernatoris Bajulo generali  
Cataloniæ principatus ac gubernatoris  
comitatum Rossilionis et Ceritanicæ  
magistro rationali Curie nostræ, thesau-  
rario et procuratori, Regio dictorum  
comitatum Magistro Secceæ et aliis  
universis officialibus villæ et Secceæ  
perpiniani cæterisque personis ad quos  
spectet mandantes de dicta certa nostri et  
expresse quatenus præsentem Licentiam  
facultatem Concessionem, donationem  
Relaxationem et gratiam omniaque  
et Singula in eis contenta firmiter  
Teneant et observent Tenerique et observ-  
ari faciant inviolabiliter per quoscunque  
et illi eorum ad quos pertineat vrs



Eundem Joannem Cases seu quem voluer-  
 itis Loco vestri ad simplicem vestri iustan-  
 tiam vigore presentium in possessionem  
 predictorum mittant et judicant inductu-  
 ctumque et immissum manu teneant  
 favorabiliter et defendant in quorum  
 Testimonium presentes fieri jussimus  
 Nostro Communi negotiorum Siciliæ  
 ultra farum sigillo cum alia non  
 habeamus in promptu impendenti-  
 Munitas. Datum in nostris felicibus  
 Castris Contra Neapolim die quinto  
 Mensis octobris anno a Nativitate  
 Domini Millesimo quadragentesimo  
 Trigesimo octavo Regni que Nostri  
 Siciliæ Citra farum anno quatto  
 a Liorum vero Regnorum Nostrorum  
 vigesimo Tertio Rex Alphonsus Dominus  
 Rex Mandavit mihi arnaldo fonolleda  
 in Communi quinto /

Collationné au Registre six des  
 archives du Domaine du Roy en

Roussillon a folio. 224 ou les Lettres patentes  
cy dessus se trouvent Enregistrees par moy  
Sous signé Gressier et garde archives dudit  
Domaine. J. Bosch avec paraphes et.